

celebrandū, mortuus est ille q̄ curā gerit In-
 dorū & nullus ex his, qui iam promoti sunt
 ad prædicta exercenda, ibi potest poni, sine
 aliorum locorum grandi detrimento, & est
 aliquis nondū ad præfata promotus idoneus,
 vt defuncto sufficiatur, quis dicere auderet
 illum populū forsam per annū sine Mini-
 stro dimittendum propter ordinationem
 Papæ, quia scilicet nondum venit capitulum
 Prouinciale? Hęc opinionem accepi ab An-
 gelo, verbo, Inobedientia, & à Sil. in eodem
 verbo, & à Caie. in verbo Præceptum, & à
 Nauarro: & fundatur in S. Tho. 22. q. 120.
 Vide Sil. in verbo A Equitas, siquidem se-
 cundum Sco. in. 4. minus vinculum cedit
 maiori, idest lex humana cedit legi naturali
 & diuinę. Panor. in cap. De cetero. de testi.
 ¶ Deinde postq̄, Papa dixit, q̄ Fratres
 Matrimonia celebrent, & Sacramenta mini-
 strent prout hætenus consueuerunt, quę ver-
 ba sunt valde notanda, ponit vnā limitati-
 onem dicens. Dūmodo ipsi in reliquis sol-
 lemnitatibus Conc. Trident. Formam obser-
 uent. Rogabit forsam quis: quę sunt illę re-
 liquę sollemnitates Conc. Trident? Quas
 debent Fratres obseruare? Dico q̄ sunt illę